





RECTOR  
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS,  
**GODOFREDVS**  
**Strauß/ICTVS,**

Potentissimi Regis Poloniarum, & Electoris Sa-  
xoniæ in supremo Appellat.iudicio Dresdensi,nec non  
Serenissimi Principis Anhaltino-Servestani Consiliarius  
Aulicus,Curiæ Provincial.& Consistor. Ecclesiast.  
Afflstor , Decretalium in Academia Vitem-  
bergensi PROF.PVBL.atqye Facult.Iuri-  
dicæ Ordinarius ac Senior,

**CIVIBVS ACADEMICIS**  
S. P. D.

**N**isi Deo cari, res humanas  
despiciunt, et capti amore vitae  
melioris, in perpetua mortis, quae  
omnes miserias finit, meditatione  
verulantur... Qvod magnum et ardens deside-  
rium a coelesti quadam vi proficiscitur, et cum  
gaudio animi ac favitate coniunctum est, nec  
modo non delectatur caducis bonis, sed etiam  
honores, divitias, potentiam contemnit simul, et  
pro nihilo ducit. Hoc fuit animo, et in Dei pa-  
trocrinio ac tutela latuit vir, in acri semper et at-  
tentata rerum divinarum cogitatione, cum vive-  
ret, defixus Antistes, M. SEBASTIANVS  
KIRCHMAIERVS, in perferendis doloribus  
constans, in subeundis temporum iniuriis im-  
pavidus, contra odia et inimicitias seculi firmus,  
atque in rerum adversarum perpessione invi-  
ctus, rituque Christiano onus, qvodcunq;ve im-  
poneretur, iucundum sibi ac leve, exemplo  
ducis maximi, ad quem imitandum se conver-  
tit, arbitratus. Qvare nullum fuit tantum vul-  
nus, quo accepto concideret, nullus tam tristis  
casus, quo deiiceretur, nullus tam vehemens  
morbus, cruciatusque corporis, quo vigor men-  
tis debilitari posset. Eum ex Germania, quam  
Franci incolunt, profectum, Saxonia exceptit ac  
fovit, bonaque indole praeditum, et in luce e-  
ruditi

ruditi coetus excitatum, beneqve cultum, et va-  
ria eruditione confirmatum patriae, et qvae pro  
patria ei fuit, antiquae et inclytæ ad Danubium  
Vrbi Ratisbonæ transmisit. Qvam literis orna-  
vit, et famam existimationemqve egregiam si-  
bi comparavit, maxime apud Legatos omnium  
Ordinum splendidissimos, qvi consilio, re et o-  
pera communem patriæ salutem tuentur. Ab  
his enim amatus, et beneficiis affectus est, post-  
qvam ipsius eruditio in illustri vrbis Gymnasio,  
tanquam in sede domicilioqve elegantioris do-  
ctrinae, eluxit. Nunquam ibi cessavit et cuncta-  
tus est, filios Procerum similitudine studiorum  
et voluntatum sibi coniunxit. Qvo factum est,  
ut omnes eum diligenter, atqve in oculis ferrent,  
aegreqve eum excedere paterentur. Tandem  
cessit voluntati Senatus Rotenburgici, et a Da-  
nubio ad Tubarim se contulit, coelestiumqve  
iussis obseqvens, in servorum Dei numerum  
venit, revera dux et magister ad pietatem fuit.  
Nec tamen se abstinuit a literis, cum pro salute  
animatorum excubaret. Mollitia alios, hunc nihil  
a labore et vigiliis avocabat. Omnem animi im-  
petum ad rerum divinarum studia conferebat,  
atqve ad veram adeo et sempiternam dignita-  
tem spectabat, divitias fallaces, gloriam inanem  
reputabat, utilitatem honestate metiebatur. In  
volu-

voluptatibus vel minimam peccandi occasio-  
nem fugiebat, et Dei offenditionem odiumque  
pertimescendum, pro concione identidem ad-  
monebat. Ut faciendo doceret Antistes, et vita-  
ret reprehensionem, certe ut eximiam animi vim  
pulchritudinemque declararet. Siqvid agendum  
esset, nihil in eo morae fuit, quin conficeret, nihil pro-  
posituit, quin doceret, nihil attulit, quod non moveret.  
Hoc quippe religionis interpreti, et doctori publico  
conveniebat, ut simul vitae consuleret, et doctrinam  
amplificaret. Qibus rebus auditorum animos arctiore  
qvodam vinculo copulavit, et Socratem de natura  
amoris differentem imitatus est, qui non tantum multa  
et praeclara dixit, sed etiam dictis expressit honestati  
speciem et formam, qua tota vitae beatae ratio nite-  
batur. Ita excitabat bonos, acriusque incendebat: ma-  
los contra a cogitatione rerum turpium abducebat, a-  
nimosque ad ipsam divinitatem fingebat, atque ad ve-  
ram originem, reiectis inanibus simulacris, revocabat.  
Eadem sententia et opera decus animi, et amoris dignitatem tuebatur MARIA  
MAGDALENA NOTTNAGELIA, haud secus, ac Diotima qvondam fan-  
ctissima, quae non armillas, torques, gemmas et annulos, sed vera virtutis orna-  
menta in laude sua ponit, atque in summis et sempiternis bonis numerat, ea-  
que cupit, nec falsa specie capta, omni studio et contentionem animi conser-  
tatur. Nullum tempus, nisi legendō et scribendo consumpsit, vitam miseram et  
inslavem ratus, quae sine dulcedine studiorum transmittetur. Elaborato  
orationis genere in soluto et vincto sermone usus est: lingvas varias percalluit, et  
ad Ebraeam, Chaldaeamque, adiunxit Syram, Arabicam et Aethiopicam, quae im-  
menas Orientis opes factorum inter prefi elargiebantur. Doctrinam coelestem  
a perenniali amoris divini fonte derivabat, rerumque coelestium intelligentia mul-  
tis aliis praefabat, omnia ad tranquillitatem animi referebat, ea demum concipi-  
cebat, quae nullam in omni aeternitate mutationem habitura essent. Quae o-  
mnia eximia sunt, et vix humanis viribus comparantur: sed in Antistite nostro  
omnia conspirabant ad perfectam doctrinam laudem, ad mores vitamque con-  
stituendam. Plura in hanc rem commemorabit, et copiofius explicabit Vir clari-  
ssimus M. IOANNES ANDREAS PLANERVS, Ord. sapientissimi ascriptus, qui  
tot tantorumque meritorum lucem oculis contemplandam offeret, et oratione  
composita atque ornata a silentio et obliuione vindicabit, memoriamque diei e-  
mortualis renovabit. Ad quem ab H. II. pomeriana, finitis sacris, arrente benevo-  
le que audiendum per illutres Barones, Cives per quam generosos nobilissimosque  
invitamus, et obnoxie, per ipsas etiam necessitudines Kirchmaierianas et Nottna-  
gelianos, quae coetum nostrum liberaliter et cumulate ornarunt, officiose et per-  
manter obsecramus. P. P. Dominica XXI. TRINIT. A. cibis CCI.

Ung VI 3

10 18  
13 17





55



CTOR  
ITEMBERGENSIS,  
FREDVS  
ICTVS,

loniarum, & Electoris Sa-  
at.iudicio Dresdensi,nec non  
altino-Servestani Confiliarius  
cial.& Consistor. Ecclesias.  
im in Academia Vitem-  
VBL.atqve Facult.Iuri-  
arius ac Senior,

CAD EMICIS  
P. D.